



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallela Geographiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1649

§. 8. De Valachiâ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13167

NUM. 3. *Mores.*

IN Herzegofinâ omnes Catholici sunt, & impensè B. Virginem colunt, cuius imago visitur prope Seralium multis miraculis illustris, ad quam adeunt etiam Turcæ ægrotantes, & nonnumquam sanantur. In aliâ parte prædones ferè sunt indigenæ, & ita parentum suorum Bessorum referre videntur indolem.

NUM. 4. *Politia.*

OLIM habuere Despoten dictum S. Sabæ, itémque in aliâ parte Regem dictum Illyriorum. Vltimus eius Despotes Stephanus cognomine Laticus, vulgò *Hierchée*, à Turcis excoriatus est (alij capite tantùm multatum volunt) iusto Dei iudicio, quòd patrem suum suâ ditione expulisset, & maluisset occupare principatum, quàm expectare: eidem quoque parebant Seruia & Rascia. Eo cæso vacuum possessionem inuaserunt Hungari, sed Ludouico cæso anno 1520. Turcæ his omnibus regionibus potiti sunt: iam autem Bassa ius dicit Bossenæ, & 800. equites alit.

§. 8. *De Valachia.*NUM. 1. *Nomen.*

NVGANTVR qui à Flacco quodam Romano Duce dictam volunt quasi Flacciam. Cèrtius est sic appellatam à Blachis populis, quorum meminere Græci mediæ ætatis: hi autem videntur fuisse Itali, quia nunc indigenæ se *Polochos* vocant, Germani *Vulesken*, quæ vox Italos sonat: Turcæ *Iflach* appellant, & Bogdaniam à principibus Bogdanis, quod nomen *Theodorum*, seu *Des-donam* significat. Dicitur autem Valachia Transalpina, & Parua ad discrimen Moldaviæ, quæ Valachia quoque nominatur, sed ἀπὸς.

NUM. 2. *Qualitas.*

HÆC regio syluis vbique ferè opacatur, vino nihilominus & frumento abundat. Alit oues & boues, quàm in Hungariâ maiores, qui in Hungariam, & Germaniam deducuntur, vnde diuitiæ Valachorum. Equi hîc quoque vegeti, laborisque patientissimi, maximè si castrati sint.

NUM. 3. *Mores.*

OMNES penè Pastores, Armentarij, aut Subulci. Bellicosissimi

funt, & quicumque ex iis in pugna fugit multatur feueriffimè. Habentur vulgò perfidi, & ad res novas propenfi, iugum ferre nefcij, quod nec pati poffunt, nec excutere. Verficulus quoque ab hæreticis in Monachos detortus eos arguit effe vino deditos. Mulieres hîc fuprà modum coluntur à viris, & primæ menfis affident. Ritum Græcum fequuntur, & Patriarcham Conftantinopolitanum, cùm venit eis bene precaturus, magno cum honore recipiunt.

NVM. 4. *Politia.*

OLIM parebat Hungaro, quod tamen aliqui Poloni negant, aiuntque in fuo thefauro afferuari instrumenta quibus probent totum hunc tractum iuris effe Polonici. Olim hic Princeps dicebatur *Ban*, cui *Vaiuoda* fubditus erat, fed excuffo iugo Hungariæ, Princeps prætulit *Vaiuodæ* nomen, quod fummum Ducem fignificat. Nunc Turcam agnofcit, & ei penfitat 120. mille libras Francicas. Eligebatur olim à populis, & confirmabatur ab Ottomano, nunc quem maximè optat eligit, & præficit. Ex annuis veftigalibus conficit 250. millia Sultanorum *de fequins*. Olim educebat 50. equitum millia, nam omnes equites, pedites nulli; in præfentiâ vix 10. millia conſcribere poteft.

§. 9. *De Multauiâ, vulgò Moldauiæ.*NVM. 1. *Nomen.*

NOMEN accepit à Multauiâ Fl. vnde vox Moldauiâ detorta eſt. Nominatur aliter *Valachia Ciſalpina*, ſcilicet ab excuſſione montis Hæmi, qui hîc interruptus Iſtro, ac denuò quaſi reſurgens Carpatho monti committitur. Dicitur & *Valachia*, ſeu *Bogdania Nigra*, à frumento nigriore quod hîc enaſcitur.

NVM. 2. *Qualitas.*

VALLIBVS fertiliffimis eſt diſtincta, ac valde riguis. Vinum hinc quoque generoſum ad Polonos defertur. Neque defunt fodiæ auri, atque argenti, ſed negliguntur. Turcæ hinc quoque equos fortiffimos, & laborioſiffimos educunt.

NVM. 3. *Mores.*

PAYLO vrbanioreſ ſunt Valachis. Fortiffimi equites, & egre-